



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CXIII. Agnes, Herzogin von Braunschweig, Herrin der Altmark, bestimmt die Abgaben der Juden in Stendal, am 11. November 1329.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

bus declaratur. Primo quod quilibet confratri singulari in qualibet mensa vna quarta vini erit tribuenda. Item quod quilibet confrater facete ac curialiter debet comedere et bibere et singulas facecias in mensa tenere, et qui excesserit, ciuitati atque gilde II marcas emendabit equaliter diuidendam. Item in prima die quum gildam bibere debent ante inceptionem, tunc magistri gilde cum consensu consulum debent habere plenam auctoritatem colloquium proclamandi, et qui tunc colloquium quesierit, si eciam prius non quesit ex speciali prerogatiua, dummodo honesta sit persona et honeste se rexerit, opus sibi donari debet sine contradictione. Et si magistri aliquem seu aliquos in seruiciis elegerint ad coquinam seu ad vina distribuenda, hoc ille, qui electus fuerit, facere debet sine contradictione et si contra diceret, hoc ciuitati atque gilde cum I marca emendabit. Item nullus confratrum debet qui gildam non habuerit secum adducere suos filios, nisi ad hoc specialiter fuerit vocatus.

Item si confratribus vina, quibus non indigent, superessent, tunc magistri ad ducillandum vendere sine denariis local. plenam debent habere potestatem. Item si aliquis confratrum ratione fragilitatis seu negotiorum specialium, ita quod non esset presens, ad gildam ire non posset et pro suo vino mitteret, illi vina sua sunt mittenda, et si aliquis temerario ausu neglexerit et venire ad gildam nollet, illi omnino nichil est donandum.

Nach der Urchrift im rathhäuslichen Archiv No. 58.

CXIII. Agnes, Herzogin von Braunschweig, Herrin der Altmark, bestimmt die Abgaben der Juden in Stendal, am 11. November 1329.

Nouerint vniuersi, ad quorum notitiam deuenerit presens scriptum, quod nos Agnes, dei gratia in Brunswich Ducissa, antique Marchie Domina, cum uniuersis nostris Judeis in Stendal et ad eorum uniuersitatem spectantibus placitauius in hunc modum, Quod ipsi Judei presentes et futuri nobis ab hac die in antea per sex annos continuos quolibet anno supra festum sancti Martini nomine contributionis dabunt XX Marcas argenti Brand. et ponderis, nec hanc summam propter diuitiarum affluentiam Judeorum eorundem vel si numerum ipsorum adaugeri contingerit, aliquatenus extendemus, nec etiam dictam summam remitemus vel diminuemus, si ipsos majori deputari contigerit, quod absit, inopie aut si ipsorum numerus fuerit diminutus. Dicti quoque Judei nostri talem modum circa extortionem dicte pecunie obseruabunt. Judei litteris seu priuilegiis nostris ad speciales summas dandas exempti primum suas summas exponant et quicumque tunc in XX Marcarum summa defecerit, hoc ceterorum Judeorum uniuersitas adimplebit, quorum contributio infra Marcam annualiter persoluetur, supra Marcam vero nobis annis singulis deuoluetur. Ut autem hec libertas dictis nostris Judeis inconcussa seruetur, hanc literam nostro sigillo sigillatam dari iussimus super eo. Adhibitis testibus scilicet Dno. Conrado, plebano in Gardelege, Dno. Henrico dicto Man, nostris capellanis, Conrado de Osterborch, Bertoldo de Veltim, Bertoldo de Buzst, militibus, ac nostro Marscalco Halt, dicto de Bafedow, cum aliis fide dignis. Actum et datum Tangermunde, anno domini M^o. CCC^o. XXIX^o., die S. Martini, in nostra prefencia.

Nach dem Original des Stendalschen Ratharchives No. 60.